

fessor publicus, Rector etiam Academiae fuit a Cal. Ian. usque ad Cal. Iun. A. 1567., nec non a 26. Febr. usq; ad Cal. Iul. A. 1569. Iena ob turbas Flacianas in Comitatum Hennebergicum se contulit, constitutusque est Pastor Sulzfeldae, A. 1574. d. 19. Dec. ordinatus, deinde Sulae A. 1583., & denique Schleusingae A. 1589., ubi in celebri Decanatus Sparta pie placideque obiit d. 12. Dec. A. 1595.

*Videantur, Concio exequialis, Zeumeri Vitae Professorum Philosophiae Ienens. p. m. 11., Beieri Nomencl. Prof. Ien. p. 972., Idem in Syllabo Rectorum Academiae Ienensis ad A. 1567., Crugerus in Catalogo Virorum Ill. p. 25., & Petrus Francus in Syllabo Pastorum Ecclesiae Sulanae Evangelicorum, qui & Andreae vitam bis complexus est metris:*

*Qui prius in celebri didicite docuitque Salana  
Gnaviter, huc tandem Fulda vocatus abit.  
Officii vero numeros dum sedulus implet,  
Hunc Schleusinga Virum voce frequente petit.*

*M. Andr. Fulda ab A. 1589. - A. 1595. in Gymnasii Auditorio supremo lectionem instituit XII. Prophetarum Minorum, annotatis in singula Capita argumentis, & expositis doctrinis, una cum vocabulorum difficiliorum & phrasum interpretatione; uti ex Matricula me memini observare in Historia Lectionum Gymnasii p. 5.*

*Et Lectionum Andreae Scholasticarum aeque ac obitus indicia affert, quae in modo dicta Matricula ad Annum 1595. legitur, Annotatiuncula: Examen Autumnale A. 1595., inceptum Calendis Decembris.*  
*finis*